



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

71. Repentini fruct laboru[m] sterilium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

tione Astronomia Sinensis. Eodem nimis aditu Christi crux palatium subiit; sibique nonnullos aucto rauit ex primariis Eunuchis, quorum unus, quem post laudabimus, praestanti opera, patruus Sinatum Imperator baptismio luitatus est cum Imperatrice ipsius parente.

Dum vero ubique operi, nostri feliciter instarent, Adamus Scial in Singanfu, urbe Scensensis Provincia Principe, infraacta constantia laborem sudabat, nemini utilem; sibi patientiae iniunctae diutius vberem. Nulquam tot alibi accusations, iniuriae, vadimonia, probrosa passim epigraphes in legem Christianam, ea in ipsum foris conuicia exhibi-  
lantur, & contumeliae; domi molestiae & armizae, ut eius quidam  
socius, Nanchini carcerem expertus, mitiorem putaret, commora-  
tione illa Singanfuana. Sed hoc demum anno mutatione omnium re-  
pentina, eos legit tolerantiae suae fructus, qui nisi miraculo adscribi  
non possint; nam exinde omnes ita est naetus sibi beneuelos, cosque  
maxime qui se præ ceteris vexassent, ut templum edificaret sanè  
magnificum & ornatum, sed in eo prouersus mirabilius reliquis quod  
fere ex stipe ab ethnicis non tam corrogata, quam certatim collata  
construendum est; eorumque frequentia celebratum dum verba faceret  
de negotio salutis, cuius summa esset, obseruatio legis Christianæ. His  
circumfusum lætiis Adamum, & iam ethnicorum quinquaginta lustra-  
tis gaudentem primitiis, Regium diploma in aulam accepit, & in no-  
vi gregis continuanda cura, partes eius, unus è sociis accipit. Fuere,  
quidem eiusmodi urbes, & oppida ingenti numero, quibus vera salu-  
tis, ministerio Patrum assulit prima lux, vel si ex aliquo æternitatis  
satu iam emicuerat, latissime fusa est; verum huiusce faustitatis pal-  
marum tulit Provincia Fochiensis, cuius ex Metropoli Focco incredibile  
est P. Alenius, quot terras obierit, ignem Christi quam longe sparset-  
er, Christianorum cœtus quam multos coegerit; quot Ecclesias fun-  
datit, Ciuenecum sola, Metropoli prope par, nisi quod situ felior,  
opetarij cuiusvis in extinctum robur, & animos, magnitudine laboris  
fructuissimi potuit exhaustire. Quem forte Deus inditio voluit inelu-  
tabili animare, adorata illic veteribus seculis, Christi crucis; Dum  
enim antiquæ fabricæ sepulta rudera educunt fossores, in marmor in-  
cidunt crucis effigie visendum, crassitudine digitii extantis, & concin-  
nitate pulcherrima figurata. Surgebat in altum palmos duos & sesqui-  
tanquam scapus ex umbilico plantæ, illic notissimæ, quod fronde ac  
boribus craterem aspectu elegantem; accurrunt Sinæ ad spe-  
randum id signum; nam iis ubique venerabilis est quiuis antiquitatis  
odor; aueni multi de illo cognoscere; docentur illius intelligentiam,  
& arcani illius maiestate benefica molliti, Christianismum profiten-  
tur. Ad hæc argumento inexpugnabili, falsè ridebarus Bonziorum  
mendax garrulitas, qui Patrum commentum interpretari soliti legem  
Christianam, cernebant illam euidenter possessionis antiquæ iure sectis  
omnibus Sinarum esse potiorem. Verum enim vero nullum crux egit:

71.  
Repentini  
fruct laborū  
sterium.

72.  
Crux refos.  
Ciueneci, in  
provinc Fochiensis.

E E e 2.